



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

[73. Quid si quispiam pendente conditionalis sententia eximatur?]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

bus oculorum acerbis, neque humilis, neque atrocis, sed reverenda cujusdam
 iustitiae dignitate. Emblema significans Judicem, qui Iustitiae antistes esse de-
 bet, oportere esse gravem, sanctum, serenum, incorruptum, inadulabilem,
 contra improbos, nocentes & vitiligatores immisericordem, atque inexorabilem,
 erectumque ac arduum ac potentem, idest Majestate æquitatis veritatisque ter-
 nificam.

QUÆSTIO LXXIII.

Quid si quispiam pendente conditionalis sententia eximatur?

Substiterit sententiam conditionalem, quamvis superveniat exemptio, respon-
 dit Federicus de Senis *Consil.* 16. fundata enim per præventionem Jurisdictione,
 superveniens fori mutatio nihil potest immutare, *cap. propositi, de foro competenti*
cap. proutera 2. de appell. cap. & ita contra Archid. & Dominicum in cap. de Constitu-
tionibus in 9. respondit Federicus *d. consil.* 16. qua de re ego etiam plenius tractavi
 alio in loco *lib. 2. quæst.* 16. ubi eandem Conclusionem restitui; quod hic non
 repeto, ne actum agam.

QUÆSTIO LXXIV.

Ordinarius an in locis Exemptis possit jurisdictionem exercere?

SUMMARIUM.

1. Ordinarius jurisdictionem non exercet in locis Exemptis.
2. Quid si accedat licentia expressa vel tacita ejus cujus est locus Exemptus.
3. Quid si præscriptio adfuit?

Respondetur, non posse, *cap. cum Episcopus ubi glossa de officio ord. in 6. & DD. r*
alio loco à me laudari libro 2. quæst. num. 5. adinstar etiam Episcopi, qui Juris-
 dictionem alia in Diocesi exercere non potest. *cap. Episcopus. 8. quæst. 2.* sed quæstio
 est, quid si accedat licentia ejus cujus est locus exemptus, etiam quo ad solam ju-
 risdictionem? suum enim propriè dici potest non modo ratione domini, sed etiam
 respectu jurisdictionis quam quisque habere potest in loco. *glo. cap. 1. de postulat.*
Prælat. Franc. cap. ut litigantes nu. 1. de offi. ordinari in 6. perplexa utcumque est hæc
 quæstio: Sunt enim, qui requirant expressam licentiam ejus cujus est loci Jurisdictio,
 una cum ejus consensu in quem Jurisdictio exercetur, *Navarrus conf. 41. num. 2. de*
temp.

ooo 3